



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber De Prudentia Ivstorvm

Juan <de Jesús Maria>

Coloniae Agrippinae, MDCXIV

Cap. XV. Hortatur ad quærendum magistrum vitæ spiritualis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46940](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46940)

mini in absconditos sensus spiritus mei, qui scrutatur profunda Dei: & egrediemini pinguiore, quàm antea, à pascuis dulcissimæ sapientiæ; quam è puteo alto mei cordis haurietis.

CAP. XV.

Hortatur ad querendum magistrum vitæ spiritualis.

NE innitamini prudentiæ vestræ filij, quamuis multa didiceritis: Sed imitamini sponsam meam innixam super dilectum suum. Multos seduxit nimia æstimatio sui, ita vt altum saperent, nec dignarentur senum, & expertorum iudicium sequi. Iusti verò, & mites corde nihil sibi fidentes, multa sollicitudine quærunct magistros, non prurientes auribus, sed qui vel corripiant, & increpent in misericordia, vel instruant in spiritu lenitatis, iuxta regulas absconditæ sapientiæ meæ, quam omnes de se præsumentes ignorant. Propter hoc filij, qui erratis ab utero, ne placeatis vobis ipsis, in ea scientia, quam in scholis fortasse comparastis: sed statim, ac mihi seruire incipitis,

cipitis, existimate vos indigere, vt doceamini, quæ sint prima elementa exordij sermonum Dei: & in hac sententia perseuerate. Opinetur alij, quod volent, & se sapientes esse confidant: Vos autem propriæ cognitioni studentes recordamini patris vestri primi Adam, qui cum in honore esset, non intellexit, & ad secundum Adam, qui est Dei virtus, & sapientia, humiliter recurrite. Et ego per seruos meos, quos illuminavi splendore sapientiæ meæ, docebo vos viam prudentiæ, vt super omnes mundi doctores intelligatis. Ostendam vobis, vbi cubem in meridie: ne vagemini post greges sodaliũ meorum, qui personam meam fingunt, sed non mores meos repræsentant. Deducã vos per vias rectas, & à longè ostendã vobis regnum Altissimi Patris mei: vt sciatis à viæ principio, quo dirigenda sint primogenita desideria vestra. Non relinquã hominẽ nocere vobis, sub salutari vmbra alarum mearum, per desertũ vitæ mortalis, ambulatibus: & ero vobis me ductorem sequentibus, sicut Aquila prouocans ad volandum pullos

pullos suos, & super eos volitans. Hæc est lex fidelitatis meæ, vt nunquam deferam humiles corde, qui voluntatem meam de seruatorum meorū ore requirunt: & eo ipso, quòd sibi diffidentes alieno iudicio subduntur, faciliùs, & breuiùs eos ad perfectionem christianam inæstimabili lucro, & intima cõsolatione perduçam. Hanc igitur instructionem meam filij, studiosissimè arripite, & suauissimæ disciplinæ meæ honestatem, & securitatem amate.

CAP XVI.

*Ostendit discrimen vitæ Iustorum,
& impiorum.*

EGO quos amo, castigo, & tanquàm aurū in fornace tribulationis probō. Vasa enim electionis sunt, quæ igne examinantur. Respicite seruos meos, quibus dedi potum in lachrymis in mensura, & videbitis illos nouissimos tanquàm morti destinatos, è quibus alij ludibria, & verbera experti, alij vincula, & carceres passi, alij per medium secti, & in occisione